Psalmus responsorius

Ps 106, 23-24. 25-26. 28-29. 30-31 (℟.: 1b)

℟. Confitémini Dómino,
quóniam in sæculum misericórdia eius!

vel:

Allelúia.

23 Qui descéndunt mare in návibus,
faciéntes operatiónem in aquis multis,
24 ipsi vidérunt ópera Dómini
et mirabília eius in profúndo. ℟.

25 Dixit et excitávit spíritum procéllæ,
et exaltáti sunt fluctus eius.
26 Ascéndunt usque ad cælos
et descéndunt usque ad ab?ssos;
ánima eórum in malis tabescébat. ℟.

28 Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribularéntur,
et de necessitátibus eórum edúxit eos.
29 Et státuit procéllam eius in auram,
et tacuérunt fluctus eius. ℟.

30 Et lætáti sunt quia siluérunt,
et dedúxit eos in portum voluntátis eórum.
31 Confiteántur Dómino propter misericórdiam eius
et mirabília eius in fílios hóminum. ℟.